

VIRIS

Admodum Reverendis, Clarissimis atq̄

Doctissimis,

DN. MICHAELI Johansen /

DN. M. JACOBO Müllern /

DN. M. JOHANNI Müllern /

Pastoribus Ecclesiarum in Chersonesis Gam-
brivicis vigilantissimis,

ut &

DN. CASPARO Bringern /

Ecclesiæ, quæ Bergerdorffia est, Pastori Primario, Dominis Me-
cœnatibus, fautoribus atq̄; avunculo, æviternum colendis

ω̄σσαν ω̄σίσης ευκλησίας ἐπιρροίαν!

M*Iratos vos credo, MECOENATES, quòd, cum pleriq̄, Theoreticis
in initiò disciplinis nobile impendant tempus, ego contra, non habit à
consuetudinis ratione, alteram Philosophiæ partem, practicam nempe de-
libandam mihi proposuerim. Verùm, admirationi remedium ut fiat, scia-
tis velim, nò paucis, & iis gravibꝫ de causis me mihi hoc, quicquid est mo-
ris vèdicasse. Et meo quodammodò jure, ut opinor. Etenim, licet à jucundâ
rerum contemplatione alienus non sim adeò, ut tractationem ejusdem le-
ve quid putem; id tamen studui unicè, ut, cognitâ ex parte Theoriâ, rerum
agendarum notitiâ imbuerer. Quæ mihi quoq̄, causa fuit, cur & lectioni-
bus publicè audiendis, & disputationibus privatim habendis non, nisi præ-
cipuò avocatus negotiò, me subtraxerim. Id, ut ne obscurum foret, ingenii periculò
factò, Et hic tractavi thema, tractatumq̄, eruditè ventilandum commisi, nefas
ratus, si, cum cæteri publicè disputando suam prodiderint indolem, ignavorum mo-
re obscuris latebris certarem. Vobis autem Fautores honorandi, primum hunc
studiorum Academicorum fœtum justâ de causâ consecrandum censui. Quare, ac-
cipite, & serenè accipite munus, exiguum illud quidem, si ex dignitate spectetur
suâ, at, si ex animò offerentis, maximum. Valete, Mecœnates, & favete.*

Vestrarum Claritat.

addictissimus

NICOLAUS MATTHIÆ, Auctor Respondens.

